Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31500
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

post modu romae curie cardinalis
Hoc frat guerricus et frat gaufridus
eiusdem ordinis et frat Johannes de rupella
ordinis fratrum minorum et alii quam plures
magistri theologie determinauerunt apostol
prius successiue / Replicat autem habita
disputatio longa valde et multo so-
lempnior ante annos tres In quo et omnes
magistri theologie exceptis duobus
determinasse probatur ideo proinde quod et
supra Quorum duorum vnus fuit magister phi-
lippus cancellarius parisiensis / et magister alter
arnoldus episcopus postmodum ambianensis
Quid autem de dicto philippo contigit
audiamus Exemplum
Agonizante in morte dominus willhelmus
parisiensis episcopus / paterna sollicitudine visi-
tauit et rogauit eum / ut singularem opi-
nionem recederet de pluralitate beneficiorum
Et omnia beneficia sua excepto vno
in manus eius resignaret / et hoc concedere me-
dia ut si conualesceret ei supplere vellet
de suo proprio quod dimisit / Renuit ille /
experiri se dicens velle / utrum esset dampna-
bile beneficia plura tenere Mortuus
est ergo Post paucos autem dies cum
dictus parisiensis episcopus dictis matuti-
nis orare vellet / vidit inter se et lumine
quasi vmbram hominis teterrima nimis Eleua-
ta ergo manu consignat se / et si ex parte
dei sit precipit ut loquatur Cui condit

apparens Aliena a deo sum sed tamen
miserabilis factura eius Tu quis es inquit
Cui ille ego sum cancellarius ait
ille dudum miserrimus / Rursum episcopus
elato altius gemitu Et quid tibi
inquit est sic dolenti / Male ait primo
quam pessime sic quod dampnatus sum
eterna morte Et episcopus Heu ait
karissime que causa tue dampnationis
Tres sunt inquit cause quare morte
perpetua sum dampnatus Vna est quia
ex residentes fructus annos contra pau-
peres timide conseruaui Secunda est
quia contra sententiam plurimorum de pluralitate
beneficiorum quod liceat tenendorum / opinio-
nem propriam defensaui et in hoc me
periculo mortalis culpe commisi
Tercia est et illa grauissima omnium / quia
ab homicidabili carnis vicio instan-
dalum multorum multo tempore laboraui
Et ad episcopum mox subiunxit Est ne
inquit finitus mundus Et episcopus
Miror ait quondam te litteratissimum
virum hoc querere cum me adhuc viuere
cernas et omnes nos adhuc viuentes
mori necesse est / antequam mundus in-
stante iudicio finiatur Et ille non
mireris inquit quia nec scientia nec opus nec
ratio apud inferos veniunt Et hec
dicens vmbra ab oculis eius mira-
bilis / euanuit Ipse autem episcopus non